

78 N 2 [71]

124

FESTVM NATALE
 VIRI
 SVMME REVERENDI, AMPLISSIMI,
 DOCTISSIMI,
DN. JOH. HENRICI
GVTJAHRII
 DIOECESIOS WERNIGERODANAE
 SVPERINTENDENTIS FIDISSIMI
 ET RELIQA
 PARENTIS SVI HONORATISSIMI
 PRAESENTIBVS LINEOLIS DIE VII. JANVAR.
 ANNO MDCCLXXVI
 CONCELEBRARE DEBERVNT
 FILII EJVS AD PATERNAE VOLVNTATIS NVTVS
 PARATISSIMI
 INTVS DICTI.

HELMSTADII,
 TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII, ACAD. TYPOGR.



Kapitel 78 N. 2 [71]

X 3059 5/100



Ltos iam pellit coniux Tithonia somnos
 Atque simul rosea sidera luce fugat.
 Surgunt mortales, sua grataque strata relin-
 quunt,

Dum redit exorto lucida sole dies.
 Mi quoque tunc dulcis fugit omnis inertia
 somni

Et tepidis tollo mollia membra ^{horis} stratis;
 Natalisque Tui memini, Pater Optime, grati;
 Qui semper secum gaudia magna tulit.
 Induo quin faciles gaudenti pectore vultus,
 Ac motus alacres sentio mente pia
 Tunc nati officium studiosus corde voluto,
 Quæ Patri caro reddere dona queam;
 Patri, qui pro me versat sub pectore curas
 Arcanas, dapibus qui mea membra foveat:
 Qui pro me Numen sanctum noctesque diesque
 Sollicitat precibus, proque salute mea.
 Talia ferventi mecum sic corde volutans,
 En! mihi consilium resque locusque dabant
 Annus dum Patri fuetum *Natalis* honorem
 Eligit, ite manus ad pia vota, loquor.

Dulcia

Dulcia vos facile deducite carmine pleetro,
 Cogite in alternas aptaque verba pedes.
 Tendite suppliciter iunctas ad sidera palmas.
 Addite fumosis turea grana focis,
 Ipse lubens fateor, meliori munere donem
 Te, venerande *Pater*; viribus at careo.
 Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas,
 Quæ numquam caruit Te celebrare pie.
 Ergo age, care *Pater*, nec sanctum reiice votum,
 Quod nunc adscendit pectore, crede, pio.
 Semper certa Tibi maneat fortuna, nec unquam
 Contractus lubrica sorte, rogabis idem.
 Littora quod conchas, quot amoena rosaria flores,
 Quotque soporiferum grana papaver habet,
 Et quod aves motis nituntur in aëre pennis,
 Quod dives gratis floret & Hybla thymis:
 Tot *Pater* Omnipotens celsique *Magister* Olympi
 Tribuat in vita hac gaudia grata Tibi,
 Hic, Tibi tristitiam cordis cunctosque labores
 Imminuens, vitæ dulcis erit requies.
 Terra polus fiet, patientur sidera sulcos,
 Amplius & nullas *Albis* habebit aquas;
 Desinet esse prius flammæ contrarius humor;
 Ipsaque mors vitæ, fiet amica prius:
 Quam *Temet*, nostramque domum fata impia tan-
 gant,
 Et mala fors vitæ difficilisque premat.
 Detur, care *Pater*, vitæ Tibi tangere metam, ut
 Sic ad pacta Tibi sidera tardus eas.
 In placidos tandem si ventos vita recedit,
 Opto Tibi ex animo gaudia læta *Poli*.
 Quod superest, *Venerande Pater* me pectore toto
 Accipe, sic semper, Te pietate colam.

JOHANNES DIETERICVS GVTJAHR,
 Ducal. Anna-Sophianei apud Scheningens.
 Civis.

Sonnet.

Sonnet.

S kommstu denn nunmehr, o längst gewünsch-
ter Tag,
Und wilt in unsrer Maur vergnügt dich sehen lassen?
Du bist wehrt, daß man dich mit Noth bemerken
mag.

Dem da vom Ungestüm der Zeit wir traurig fassen,
Und uns des Wetters Macht in allen Gliedern lag,
Ja wir fast alle Lust aus Unnuht mochten hassen;
Seht! da durch heitre Luft das schöne Licht an-
brach,

Daß wir vor Freudigkeit die Unlust bald vergassen.
Es ist der schöne Tag, an dem PAPA geboren,
Und Er das Tages-Licht am erstenmahl erblickt,
Ja der Groß-Eltern Herz mit Unnuht hat erquickt
Daß Ihre Angst und Leid im Nu sich hat verlohren.
Nun diesen Tag, PAPA, seh' Er noch oft ver-
gnügt;
Bis Jhn Gott zu dem Chor der heiligen Engel fügt.

Christian Friederich Sutjahr.
des Hochfürstl. Gymnasil zu Schöningen
Civis.



78 N 2 [71]

184

FESTVM NATALE

VIRI

SUMME REVERENDI, AMPLISSIMI,
DOCTISSIMI,

JOH. HENRICI
GVTJAHRII

SIOS WERNIGERODANAE
INTENDENTIS FIDISSIMI
ET RELIQA

PARENTIS SVI HONORATISSIMI
ENTIBVS LINEOLIS DIE VII. JANVAR.
ANNO MDCCXXVL

CONCELEBRARE DEBERVNT
AD PATERNAE VOLVNTATIS NVTVS
PARATISSIMI
INTVS DICTI.

HELMSTADII,
VLI DIETERICI SCHNORRII, ACAD. TYPOGR.



78 N. 2 [71]

X3059 5/00

